



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod animæ singulæ habent angelum bonum ad custodiam, malum vero  
ad exitium. A. B. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



est. Illud vero quod Esaias ait, per verba Dionysij determinant dicentes: Hi spiritus qui mittuntur, percipiunt horū vocabulum, quorum gerūt officium. Vnde dicunt illum angelum, qui missus est ad Esaiam vt mundaret & incenderet labia Prophetæ, fuisse de ordine inferiorum. Sed ideo dict<sup>9</sup> est fore de Seraphin, quia veniebat incendere, & consumere delicta Esaiæ.

QVOD QVÆQVE ANIMA HABET

angelum bonum ad sui custodiam delegatum, & malum ad exercitium.

DISTINCT. XI.

A

Illud quoq; sciendum est, quod angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum, ita vt quisque electorum habeat angelum ad sui profectum atque custodiam specialiter delegatum. Vnde in Euangelio veritas à pusillorū scandalo prohibens ait. Angeli eorum semper vident faciem patris. Angelos dicit eorum esse, quibus ad custodiam deputati sunt. Super quem locum Hieron. tradit, vnamquamque animam ab exordio natiuitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum, inquitens ita: Magna dignitas animarum est, vt vnazq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelū delegatum. Greg. quoq; dicit: Quod quisque bonū angelū sibi ad custodiam deputatum, & vnum malum ad exercitiū habet. Cum. n. omnes angeli boni nostrum bonum velint, cōmuniterq; salutem omnium studeāt, illē tamē qui deputat<sup>9</sup> est alicui ad custodiā, eū specialiter hortatur ad bonū: sicut legitur de angelo Thobiz, & de angelo Petri in actibus Apostolorum. Similiter & mali angeli cum desiderēt malum hominem, magis tamē hominem ad malum incitat, & ad nocendū fortius instat ille, qui ad exercitiū ei<sup>9</sup> deputat<sup>9</sup> est.

*Vtrum singulis hominibus singuli angeli, an pluribus deputatus sit vnus.*

Matth. 18.

Tom. 9. Cō-

ment. ad 18.

cap. ad locū

quia angeli

eorum:

Matthæi.

Hugo de S.

Victore lib.

sententiā.

Thob. 5. d. 6.

8. a.

B

Y

SOLET



Arguit  
quod non.

Solet autem quæri: Vtrum singuli angeli singulis hominibus an vnus pluribus ad custodiam vel exercitium deputatus sit: Sed cum electi tot sint, quot & boni angeli sunt, plures constat esse omnes simul bonos & malos homines quam boni angeli sint: Et cum tot sint electi, quot angeli boni, & angeli boni plures sint quam mali, pluresque sint homines mali quam boni: non est ambigendum plures esse bonos homines quam sint mali angeli: & plures esse malos homines, quam sint mali angeli vel boni angeli.

*Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari  
sive simul, sive temporibus diuersis.*

Ideoque dici oportet, vnum eundemque angelum bonum vel malum, pluribus hominibus deputari ad custodiam vel exercitium, sive eodem tempore, sive diuersis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuersis temporibus quia videtur quibusdam quod omnes homines qui sunt simul in aliquo tempore, singuli singulos angelos habere possint, bonos vel malos: quia licet maior sit numerus hominum, computatis in vnum omnibus qui fuerunt, & sunt, & futuri sunt, quam angelorum: tamen quia homines decedentibus hominibus succedunt: & ideo nunquam sunt in hac vita, angeli vero nunquam decedunt sed simul omnes sunt: ideo esse potest, vt singuli hominum dum in hac vita sunt, singulos habeant angelos bonos vel malos ad sui custodiam vel exercitium destinatos. Cæterum siue ita sit, siue non est dubitandum vnūquēque habere angelum sibi deputatum, siue pluribus simul destinatus sit, siue vnus singulariter. Nec est mirandum vnū angelum pluribus hominibus ad custodiā deputari, cum vni hominum plurium custodia deputeretur, ita vt eorum quisque suum dicatur habere Dominum, vel Episcopum vel Abbatem.

Vtrum